Anno domini a° Quadringentesimo vicesimo festum Sancti Georgij fuit die Dominica vicesima tertia Mensis Aprilis In qua natus est Serenissimus princeps Georgius Rex Bohemie et dominus de Cunstadt etc. hora diei undecima minuto Tricesimo octavo.

Anno domini a° Quadringentesimo vicesimo quinto In vigilia Sancte Elisabeth fuit feria quinta in qua nata est nobilis et generosa domina Kunegundis de Sternberg hora diei quarta minuto xlto.

Anno domini M° Quadringentesimo xlijto fuit festum divisionis Sanctorum apostolorum die Dominica decima quinta Mensis Julij in qua natus est Illustrissimo principi Domino Georgio Regi Boemie ex generosa domina Kunigunde Nobilis et Generosus dominus Boczko de Cunstadt et podiebradt.

Anno domini a° xliij° feria quarta in Vigilia Ascensionis domini Natus est eidem Principi Illustris Princeps dominus Victorin dux Monsterbergen: ex domina kunigunde.

Anno domini M° CCCC° xlviij° feria quinta Quatuor temporum Penthecoste, que fuit dies Sancte Sophie Natus est eidem principi Illustris princeps dux Henricus Senior Monsterbergen: hora diei decima octava ex domina kunigunde.

Anno domini a° CCCC° xlviiij feria tercia die Sancti Martini nate sunt due gemelle katherina et Sdena Quarum Senior katherina postea nupsit Mathie Regi Ungarie. Et altera Junior Sdena nupsit Alberto duci Saxonie Atqz hij sunt liberi Illustrissimi principis Domini Georgij Regis Boemie, quos suscepit ex prima sua coniuge Domina kunigunde de Sternbergk.

Anno domini M° CCCC° lij° feria quarta in vigilia Ascensionis dominj Natus est eidem Principi Illustris princeps dominus Henricus Junior dictus Hinko dux Monsterbergen: ex Johanna de Rosenthal altera sua Coniuge.